

93r

& locum inuidie permittamus. Me quidem iudiciorum auctorem assertoremq; nunq̄ dixerit uim contra iudicia parauisse. Nec meo quisq; exemplo cuius aduersus publicam auctoritatem capiet arma. Innocentia mea & beneficia in populum collata bene de reditu sperare iubet. Ita amicus queng complexus urbe excessit absensq; capitis damnatus est. Damnati sunt item cum eo Taldus fr & Rannerius nepos. Edesq; & precha eorum uastata. ex huius uiri auxilio quanto populus in se ipso diuisus. factus e imbecillior tantum nobilitati spes & animi creuerunt quod no multo post clare ondit Tertius iam intrarat annus post rem. p. in arbitrium populi redactam Nobilitas uo indigne ferens leges contra se latis presertim cum in dies magis experiret se potentia simul auctoritateq; spoliari premiq; ab his quo ipa paulo ante promere exagitareq; consueisset tandem sibi prospere cepit que cum intelligeret uulnus acceptum ex propriis discordiis inuicem fometaq; sumpsisse redintegrare annos primo. inde communi consilio rebus suis mederi statuit. Itaq; sublatis inter se quibus iam perierat odium in gram redigerunt principes familiaruq; pacemq; fecerunt ex diuturnis certationibus. Inde mox de communi salute consultantes decreuerunt magistratum adire & palam conqueri de legis iniquitate. Ad extremum autem quoquomodo admi. cetu igit sui ordinis facto cum priores adisset tolli contra se durius constituta postularunt. Plebs autem simul atq; nobilitatem cetus agere conspexit studio retinendi iuris erecta perstabat rata id quod erat nobilitatem ad extremum ui esse conaturam. Suspitionibus igit & certaminibus cohortis quibus quidem obtinere. illis uo negare propositum erat tandem utur ad arma & magno